



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Latrones.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Latrones.

Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Luc. 19. Lascivientes in templo juvenes & nudè vestitæ puellæ per oculos velut vitra caustica accendentes ignem Venerèum. *Crucifixi sunt cum eo duo latrones.* Matth. 27. Hanc infamiam pro te sustinuit Christus, & tu pro Christo non voles pati confusionem? quòd unus latro in peccatis mortuus sit, est mors ordinaria juxta illud, qualis vita finis ità. Quòd alter convertus salvus factus sit, est medicina extraordinaria, ne peccator agonizans & tempus pœnitendi habens desperet. Sed & mira vis gratiæ, quòd primus quasi Apostolus Christum ex cathedra Crucis promulgans Apostolis fugientibus fuerit latro. Duo latrones invisibiles Christum crucifigentes sunt amor ex parte Dei, peccatum ex parte hominis. Hinc S. Franc. Salesius sæpè ingeminabat:

Aut amor aut furor est, qui te bone Christe peremit,

Et amor & furor est, hic meus, ille tuus.

*Homines varia fortuna.**Divites.*

Non timeas, cùm dives factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus ejus, quoniam cùm interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus. Pl. 48. *Divitias,*